τοῦ σοφωτάτου

# ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ,

μετὰ προσθήκης

ΙΩΑΧ. ΤΟΥ ΚΑΜΕΡΑΡΙΑΔΟΥ.

*Sapientissimi*

# PHILE VERSUS IAMBICI

De Animalium proprietate, cum Auctario IOACH. CAMERARII.

*Exposita eodem metro versuum Latinorum a* GREGOR. BERSMANO *Annabergensi.*

Authoris damnati

Authore damnato opus vero cum expurgat. permissum



Ex Typographeo H. Commelini,

CIↃ IↃ

Corregido conforme al expurgo del año de 1632 y por el de 1640

... del Marmol

IHS
LIBRERIA ... COLEGIO

herum ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Iſraelitę
non nouerunt; populus meus non animaduertit.
Boum quoque mentione apud Ioannem Euange-
liſtam, quod Auguſtino videtur, indicantur diſpen-
ſantes ſacram ſcripturam Prophetæ & Apoſtoli, nō
aliam illi quidem ob cauſam, quam quod, boum in-
ſtar, animos noſtros arando excolunt, inque iis do-
ctrinam verbi diuini diſſeminent. Itaque, & Prouer-
biorum auctor, rex Iſraelitarum potentiſſimus ac
ſapientiſſimus Solomon, & gentium Apoſtolus D.
Paullus, vetát obligari os boui trituráti. Adde, quod
ſacra Biblia non vno in loco doctores atque præco-
nes Euangelii Canes nominant: & Eccleſia ipſa Co-
lumbę nomine in iiſdem honeſtatur. In cuius men-
tionem cum quaſi curſu ſuo deuoluta ſit hæc narra-
tio, non inconſentaneum duximus, huic ſermoni co-
lophonem imponere imagine illius in halcyone no-
bis propoſita, [redacted] , [redacted]
Atque conſtat, auiculam illam paullo ampliorem
paſſere, ſeptem ante brumam diebus nidum facere,
totidemque ſequentibus extructo parere. Cumque
& nidus ipſe figura ſua, & ſtructuræ modo, ac firmi-
tudine, ſituque loci admirationem habeat: tum illud
non minori admiratione dignum eſt, quod volucris
illa aſperrimo anni tempore ouis incubans, pullos
excludit, mari, quod fetificanti hoſpitium præbet,
per eos dies placido & nauigabili, vt auis hoſpitæ
nidus, neque ventorum ſæuitia quaſſetur, neque
vndis obruatur. Itaque tranquillitatem illam maris
circa id tempus, & ventorum quaſi inducias, dies
halcyonios appellari non eſt obſcurum, quos &

qui

qui maria nauigant, non ignorant. [redacted], Verum enimuero finis tandem huius commemorationis faciendus est, quam pręter opinionem meam huc vsq; produxit argumentum opusculi huius περὶ ζώων ἰδιότητος inscripti, quod explicando animalium naturam, cum proprietatum illarum, quæ hactenus a me indicatæ sunt, attingit nonnullas, & pręter has alia complura exponit: tum non pauca continet ad artem medicinæ pertinentia: συμπάθειαν insuper καὶ ἀντιπάθειαν, hoc est, coniunctionem atque concordiam animantium quorundam, eorundemque discordiam atque discre-

[redacted]

[redacted].

[redacted].